

- 1 Depoe eos proprietate Mathias Creigius.
 2 Capita Religiosæ Xenæ Grae Joach: Camerang.
 3 Laus Xpi resurgentis Christopho Pelargg.
 4 Armon Habraim Barth. Radmanny.
 5 Carmen Hab: Gidem.
 6 Almg III Carmine Pancratio Crigery.
 7 Prophetæ Jonas Carmine. Daniel Saxo.
 8 Ecloga de Xpo triumphante Barth: Bylowig.
 9 ~~Canonica~~ ^{Finis} ~~Monacho~~ ^{elasti} ~~trans~~ ⁱⁿ ~~Hildesheim~~ ⁱⁿ ~~Cruce~~.
 10 Davidis Tropæum Joh: de Cotteritz.
 11 Davidis triumphus Jan: Henricus Sczotery de Güstrow.
 12 de Mundi termino Joh: Polidory.
 13 Ecloga in diem Martini. Abraham: Decelis.
 14 De Partu Novitatis Dethlevs Meyery.
 15 Bernardus de gentiâ Mundi Carmine.
 16 Joan: Fraxinge Melos & Spangenberg Wefstey.
 17 Concordia veriva Albertus Olearig.
 18 Carminum Joach: Bilscey Liber 1.
 19 Gregorij Arabicy poemata.
 20 Gnosticon Joh: Stauby e.
 21 Oratio Medua Carmine Laur: Homang.
 22 Alberti Voiti Panthelias.
 23 De Incommodis Senectutis. Erasm: Rotterdam.

Q 3. 105 (1 - 66)

2

ΜΕΛΑΠΙΟΝ

IN LAV=
DEM VICTO=
RIS CHRISTI
â morte resurgentis

AVTORE
CHRISTOPHORO
PELARGO D.

*Compatitur Domino patienti terra polusq,
Et pro quo patitur, non homo compatitur.
Omnia cum Domino surgunt surgente, sed unus
Dormit homo, cujus surgit amore DEVS.*

FRANCOFVRTI
TYPIS EICHORNIANIS
ANNO M. D. XCVII.

Regem triumphantem sonemus,
CHRISTum fideles invocemus,
Qui morte mortem sustulit
Vitaq; vitam contulit.

Hæc illa Lux est gaudiorum
Cum gloriâ miraculorum
Spes una præcedentium
Laus certa succedentium.
Quæ tot Tyrannos perdomavit
Quæ tot ligatos liberavit
Luctumq; nostrum finijt
Cæloq; terras unijt
O quanta majestas, potestas,
Lucem quod hanc Ô CHRISTE præstas;
Victoriæ salve dies,
Injuriæ salve quies.
Princeps Phari dum nil timebat
Mersus mari quàm tunc gemebat,
Cum tota Memphis viderat
Quod sancta gens exiverat?
Princeps Averni non putarat
Sic præpotentem, quem necarat

In

In mortui vires cadit,
In tartarum præceps abit.
Simson trucem sternit Leonem
CHRISTVS ducem perdit Draconem
Is ferreas portas gerit
Hic inferas sedes terit.
Sub Iosua Reges cadebant
Et quinque nil contra valebant:
Hic mille solus conficit
Qui viribus non deficit.
Ionam Balæna haud perdidit
Et terra CHRISTVM reddidit
Non ille cetum perforat,
Hic triste Lethum devorat.
Quod per typos quondam notatum
Hac luce fulget comprobatum,
CHRISTVS figuras terminat
A morte quando germinat.
O Victor, ô tu Liberator
Mortalium tu deprecator
Fac turpiter considerare
Qui nos volunt occidere

Trans-

In



Transgressionis siste curam
 Pœnamq; labis tolle duram
 Ne fœva nos Lex fulmine
 Cœli repellat culmine.
 Vincamus hostes jam peremptos
 Surgamus inter tot redemptos
 Vivamus ac in funere
 Salvi tuo de munere,
 O simus unâ, jubilemus
 Neu corda luctu nubilemus,
 Victoris jndulgentiam
 Laudemus & potentiam.
 Regem triumphantem sonemus
 CHRISTVM fideles jnvocemus,
 Qvi morte mortem sustulit
 Vitaq; vitam contulit.

ALIVD.


OMnes canite
 Plausum facite
 Laudum cumulo,
 Postquam tumulo
 Consurgit ovans
 Terrena novans,
 Hostes levibus
 Calcans pedibus;
 Vitam retulit
 Mortem repulit,
 Labemq; tegit
 Et nostra regit.

Iam qvi DEVS est
 Frater MEVS est,
 O quæ probitas;
 O quæ novitas,
 Vt vivat homo
 Lucente domo,
 Cœli Dominus
 Factus minimus
 Letho rapitur
 Terrâ capitur
 Et deseritur
 Non proteritur.

Omnes hominum
 Turbæ Dominus
 In noticia
 Cum læticia
 Efferte sono
 Sonate tono.
 Vitam reperit
 Cœlos aperit,
 Et nos revocat
 Secumq; locat
 Hic exorimur,
 Sic non morimur.



VD16
P1CA



2

ΜΕΛΥΔΡΙΟΝ

IN LAV-
DEM VICTO-
RIS CHRISTI

â morte resurgentis

AVTORE

CHRISTOPHORO
PELARGO D.

